



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Sex rationes quibus ad deuotionem erga Deiparam Virginem excitamur,  
num. 1. 2. 3. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

## CAPVT I.

SEX RATIONES QVIBVS AD  
deuotionem erga Deiparam Vir-  
ginem excitamur.

- I. Deipara quatenus Christi Mater, quã  
toperè sit diligenda, num. 5.
  - II. Deipara in nos beneficia, num. 7.
  - III. A Deipara beneficia expectamus, nu. 9.
  - IV. Deipara, ut mater uiuentium diligen-  
da, num. 11.
  - V. Deipara deuotio est bonum honestum,  
utile, ac delectabile. num. 12.
  - VI. Deipara deuotio signum est predesti-  
nationis, num. 17.
- Deipara miracula quadam admirabi-  
lia ex Pelbarto, num. 24.

Apoc. 14.

**E**X ijs, quę in superioribus vberius disseruimus, satis probatum remanet, Deiparam Virginem sanctissimã per Deithronum in Apocalypsi cap 4 subintelligi; cuius disputationis occasione, ut initio huius operis dicebamus, pleraque de Virginis dignitate, atque præstantia, deque amplissimis quibus ipsa vniuersum hominum genus prosequitur, beneficijs

com-



complexi sumus: reliquum est, vt ad nos sermonem conuertentes, de Pietate, seu Deuotione, qua eā colere debemus, paucis agamus; quo tot, tantisq; eius in nos collatis beneficijs, aliqua saltem ex parte respondeamus, sicq; vtilitatem etiam ex ea vberiore hauriamus, atque ad plura beneficia ab ea percipienda magis indies ac magis disponamur.

Duo porro hac in re tractāda mihi cōstituti.

Duo tractanda.

Primum quibus rationibus ad hāc erga Virginem deuotionem in nobis omnino studio excitandam, atque procurandam permoueri debeamus.

1. Rationes excitantes.

Alterum quibus erga Virginem animi affectibus, quibusq; pietatis actibus, seu officijs deuotio hāc contineatur, atque exerceatur.

2. Actus exercendi.

2 Et verò Deipara mater pijssima pro sua benignitate, vt ingentibus nos donis repleat, ad suam deuotionem oēs inuitat illis verbis Eccl. 24. *Transite ad me omnes, qui cōcupiscitū me, & à generatiōibus meis implemini. spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum:* *para ad suā deuotionem oēs* quæ ex Carthusiano in illum locum art. 25. de beata Virgine paraphrasticos sic reddere possumus. *Carthus.*

O vos omnes qui peculiariter me cō-

A 2

cupi-



4 *Rationes quare Deipara*  
cupiscitis, & mihi placere, meis virtutib<sup>9</sup>  
conformari, meq; in cælo videre concu-  
piscitis: accedite ad me per mearum vir-  
tutum cõsiderationem, & imitationem,  
per amorem, & meam inuocationem: &  
a generationib<sup>9</sup> meis, hoc est à filio meo,  
quem genui, implemini (Christus enim  
in sinu matris per eius preces facilius in-  
uenitur;) spiritus enim meus dulcis, &  
hæreditas mea, quã ego possideo, & quã  
meis deuotis procuro, est super mel, &  
fauum. hæc ex Carthusiano.

*Eccl. 24.*

Et infra eodem cap. 24. *Eccl. Sicut A-*  
*quæductus exiisti de paradiso, dixi, rigabo hor-*  
*tum meum plātationum, & inebriabo pra-*  
*ti mei fructum.* Deipara enim suos deuo-  
tos, tanquã peculiarem hortum irrigat,  
atq; spiritualibus bonis inebriat: caue er-  
go, ne tua culpa obstruatur, vel p̄cidatur  
hic Aquæductus: quòd dæmon sub typo  
Holofernus, vt ca. 24. dixi, facere nititur:  
sed viriliter ei obsiste: nam etiã si ad pec-  
cata delabaris, per Virginis preces, si eius  
deuotionem retinueris, iterum Dei mi-  
sericordiam facilè impetrare poteris.

*Judith 7.*

Ideo Virginis deuotio tanquã hære-  
ditas locuples, vnde affatim ditari possu-  
mus, ab omnibus magnificienda; quod

*Nazianz.*

præclare indicauit Nazianzenus in Tra-  
gœdia de Christo patiente his verbis ad  
Deipa-



Deiparam sermonem conuertens:

*Vt tantum habens te praesidem semper velut  
Ingentem opum vim te tantum erga filium  
Mibi patronam sentiam acceptissimam.*

3 Hanc erga Deipara pietatem Grego- Greg. VII.  
rius VII. cuius memoria in Martyrolo-  
gio die 25. Maij recolitur, Pontifex san-  
ctiss. & libertatis Ecclesiast. propugnator  
acerrimus, ponit inter praecipua monita  
tradita Mathildi filiae Beatricis Tusciae  
Ducissae, mulieri integerrimae, & de Ro-  
mana Ecclesia optime meritae;

Is enim lib. I. epist. 47. *Inter cetera, in-  
quit, qua tibi contra principem mundi arma  
Deo fauente contuli, quod potissimum est, ut  
corpus Dominicum frequenter acciperes, in-  
dicauit, & ut certa fiducia Matris Domini  
te omnino committeres praecepi. & cum mul-  
ta ex Ambrosio, Gregorio, & Chrysosto- Secū dum,  
mo de frequenti Eucharistiae susceptio- pietas erga  
ne differuisset, haec de cultu erga Dei Ge- virginem.  
nitricem subijcit:*

*De matre vero Domini cui te princ' pali-  
ter commisi, & committo, & nunquam co-  
mittere, quousq; illam videamus, ut cupi-  
mus, omitte: quid tibi dicam? quam coelum,  
& terra laudare, licet ut meretur, nequeat,  
non cessant. Hoc tamen proculdubio teneas,  
quia quanto altior & melior, ac sanctior est  
omni matre: tanto clemetior, & dulcior cir-*



6 *Rationes quare Deipara*  
ea conuersos peccatores, & peccatrices. Pone  
itaq; sine in voluntate peccandi, & prostra-  
ta coram illa ex corde cōtrito, & humiliato  
lacrymas effunde: Inuenies illā indubitanter  
promitto prōptiorē carnali matre, ac mitio-  
rem in tui dilectione. hæc Gregorius VII.

S. Bona-  
uent.

Et S. Bonauentura tom. 2. opusc. 2. in  
libello, in remedium defectuum religio-  
forum, cap. 10. hæc monet: *Matri etiam*  
*Christi omnem, quam potest, exhibeat reue-*  
*rentiam, & dicat: Dulcissime Iesu dignare*  
*donare mihi misero peccatori matri tuæ di-*  
*gnè seruire. sic Bonauentura.*

Idem Bonauentura in epist. quæ inscri-  
bitur *viginti quinque memorialiū*, vbi quæ-  
dam ad piē viuatū monita tradit, in  
XIII. memoriali hæc habet: *Vt gloriosā,*  
*inquit, Reginam Domini nostri matrem be-*  
*nedictā in summo habeas omni tēpore vane-*  
*rationis affectu, & in cunctis ad eam neces-*  
*sitatibus, periculis, & pressuris tanquā ad*  
*refugium tutissimū te cōuertas, ipsius tutela*  
*præsidium flagitādo, eamq; in tuā suscipiens*  
*Aduocatam, deuotissimè ac securè tuam ei*  
*causam cōmittas, quia mater est misericor-*  
*dia, quotidie studens ei specialē, & singula ē*  
*reuerentiam exhibere. hæc Bonauentura.*  
qui etiam adijcit, vt omni conatu purita-  
tē & munditiam castitatis cum humili-  
tate & māuetudine Virg. imitari studea-  
mus,



m<sup>o</sup>, sic enim nostra deuotio erit ei grata.

4. Et quod spectat ad primum, quod mihi tractandum proposui, multa sunt, quæ ad Virginis deuotionem nos inflammare, ne dum excitate possunt, quorum singula, si attentè per se perpendantur id prestare poterunt: quãto magis id efficiant cum in eandem Virginẽ vniuersa cumulatiuè cadant? ea verò ad septem capita reuocare possumus.

*Media quibus ad pietatẽ Virginis inflamamur.*

1. Primum, quia ipsa mater est Christi Domini, cui nostra omnia debemus, quamque Christus honorauit ipse, & ab omnibus vult honorari.

2. Secundũ, propter innumera, eaq; ingentia à Deipara in nos hactenus collata beneficia, tum generalia, quæ ad vniuersũ hominũ genus pertinent, presertim, quia Christum à quo redẽpti sumus, & in quo sanctissima Eucharistia pacimur, ex suis castis visceribus genuit: tum etiã particularia, q̃ quilibet se à Virgine accepisse agnoscit, & occulta, quæ nos ipsi ignoramus.

3. Tertium, propter ea, quæ ab ipsa nos omnium honorũ egeni in posterum expectamus, vt ad patriam pertinemamus, cum sit Mater misericordiæ, & Aduocata nostra apud Christum summum Iudicẽ.

4. Quartum, quia mater est viuentium, & mater nostra, cui à Christo de cruce in



3 *Rationes quare Deipara*  
lios traditi sumus in Ioanne illis verbis:  
*Ecce filius tuus*: cumque ipsa matris mu-  
nera in nos egregie præster, nos quibus  
Christus in Ioanne dixit: *Ecce mater tua*:  
omni affectu eam colere, atq; vt filij ve-  
nerari debemus.

5 Quintum, quoniam Virginis deuotio  
triplicem illam *boni* ratione complecti-  
tur: est enim bonum *honestum*, *utile*, atq;  
*delectabile*.

6 Sextum, Deiparæ deuotio inter præci-  
pua *predestinationis* signa cõnumeratur,  
vt propterea sit valdè expetenda.

7 Septimum, exemplum *Sanctorum*, qui  
ab initio nascẽtis Ecclesiæ omnes B. Vir-  
ginis studiosissimi, ac deuotissimi fuere,  
nunc de vnoquoq; horum capitum non-  
nulla breuiter perstringamus.

I.

DEIPARA QUATENVS CHRI-  
*sti Mater quantoperè sit diligenda.*

5 **A**C primum quidem ad eius nos de-  
uotionem illud plurimum permoue-  
bit, si animo reputemus, quòd Christi  
Dei nostri, cui omnia nostra debem⁹, ve-  
ra sit *Mater*, quem sola sine viri opera de  
Spiritu sancto cõcepit, vt propterea tanq̃  
*Deipara* ab omnib⁹ Christi fidelibus sũ-  
mo affectu, ac studio prosequenda, atq;  
colen-